

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De Sancto Timotheo Episcopo Antinoi In Aegypto Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A discipulos nominat apostolos XII, de quibus praemisit ibidem quod in apostolis nec primus nec medius nec ultimus fuit. Hic Nathanael erat unus de septem discipulis quibus apparuit Christus. Ioh. 21, 2. tūs resurgens ad mare Tiberiadis. Hic Nathanael postea vocatus est Ursicinus et missus a beato apostolo Petro de Roma apud Bituricas. Eadem urbi primus fuit episcopus, ubi post honorum multorum operum insignia quievit in Christo.

Cuius corpus longo tempore post, scilicet circa annum Domini quingentesimum sexagesimum octavum extra Bituricas in vineis divina revelatione repertum est, et sepultum per manus sancti Germani Parisiensis episcopi in ecclesia Sancti Symphoriani martyris quea nunc beati Ursicini nomine obumbrata sancti martyris vocabulum amisit (1).

## VITA II

(1) Sequitur Catena Patrum de Nathanaele.

## DE SANCTO TIMOTHEO EPISCOPO ANTINOI IN AEGYPTO

## COMMENTARIUS PRAEVIOUS

SAEC. IV

P.P.

*Synaxarium Alexandrinum de S. Timotheo*  
historiā refert inanem

1. Extra synaxarium arabicum ecclesiae copiae, quod hic, ut alias solent, sequuntur Habessinī, vix ulla usquam servata est memoria sancti cuiusdam confessoris, nomine Timothei, qui Diocletiani et Constantini Magni aetate episcopus fuerit civitatis Antinoi in Aegypto superiore. Immo etiam in prima forma synaxarii Alexandrini, quam dimidiato circiter saeculo XIII (1) consarcinavit Michael Athribis et Maligiae episcopus, non videtur exstisso S. Timothei elogium. Abest enim a codice bibliothecae Nationalis Parisiensis 4860 (2) qui ex antiquioribus est, et fortasse omnium qui in Europa innotuerunt vetustissimus, si reapse ad extremum saeculum XIV pertinet, ut indubitanter asserit Renatus Basset (3). Aut igitur a Johanne Parali episcopo aut ab aliquo eorum qui recentiore aetate opus Michaelis retractarunt Timothei mentio addita fuerit operet. Unde autem synaxarista hīc posterior eam hauserit, conjectando assequi non possumus.

2. Et re quidem vera sancti historia, qualis nobis exhibetur, rebus adeo vacua est ut ipsa sua inanitate investigationem effugiat. Sic ea paucis comprehendendi potest. Timotheus, ignotis parentibus, incerto tempore et loco natus, a prima aetate monasticam vitam complexus est: in quo coenobio et quo magistro, importunus sit qui resciscere voluerit. Neque certius constat quando et cuius voluntate Antinoi episcopus factus sit. Saeviente in christianos Diocletiano imperatore, in carcерem conjectus est cum aliis plurimis fidelibus quorum pars maxima in tormentis interiit. Tribus post annis, cum Constantinus magnus pacem ecclesiae restituisset, Timotheus cum paucis confessoribus

qui supersiles erant e custodia emissus est, et ad ecclesiam suam redux sollemnam supplicationem instituit pro iniquo iudice a quo tanta malefacta perpessus fuerat. Quod cum ad aures praefecti pervenisset, is rei admiratione permotus, in episcopi disciplinam se tradidit, susceptoque baptismō, munere suo se abdicavit atque monachus factus est. Sanctus autem Timotheus in regendo gregē suo perrexit et in pace aetatem absolvit. Haec synaxarista.

3. Iamvero nugariorum forel naevos erroresque huius modi historiae singillatim exquirere, quam patet aeo sequiore, ab indoclo homine nobis narrālam esse, qui ne suspicabatur quidem post Christum natum tempus umquam fuisse cum in Aegypto monachi non existenter. In primis suspecta est eius similitudo cum narratiunculis quibusdam aperte fabulosis. Nempe in libris hagiographicis coptorum alii celebrantur confessores, seu martyres citra sanguinis effusionem, qui in Aegypto et quidem in eadem illa civitate Antinoo, post pulsum regno Diocletianum e carceribus emissi fuerint. Exemplo sit S. Poemen (Bamīn) e Mīnīāl Chāṣib, in finibus Hermopoleos Magnae (Ašmūnān), qui fertur Antinoi plurima tormenta perpessus esse, donec, eversa idolatria, a Constantino imperatore liberatus est (4); itidemque S. Nub vel Anub confessor (5), qui in illius Passione vel potius synaxario memoratur, et proprium elogium habet ad diem 23 mensis payni. Dicitur is quidem cum aliis septuaginta uno e custodia emissis ab ipso Constantino imperatore honoris causa arcessitum fuisse (6). Horum simillima imago est S. Nabrahā, cuius Acta copice extant.

et ad per vagatum exemplum

(1) Vid. Fr. CÖLN, *Der Nomokanon Mīd'is von Mālīg*, in *Oriens Christianus*, t. VI (1906), p. 75-78. — (2) R. BASSET, *Le Synaxaire arabe jacobite (rédition copié)*, in *Patrologia Orientalis*, t. III [s. a.], p. 286; J. FORGET, *Synaxarium Alexandrinum*, in *Corpus Scriptorum christianorum Orientalium*, Ser. arab., Textus, ser. 3, t. XIX (1912), pp. 312, 315. — (3) BASSET, op. c., *Patrologia Orientalis*, t. I, p. 220. — (4) Synaxarium copticum ad d. 9 choiac; BASSET, *Patrologia Orientalis*, t. III, p. 412-15;

FORGET, op. c., t. XVIII, p. 144-46; cf. synaxarium aethiopicum ad d. 9 tāhsās; ZOTENBERG, *Catalogue des manuscrits éthiopiens de la Bibliothèque Nationale*, p. 166. — (5) Isne cuius ecclesiam prope Hermopolim (Ašmūnān) memorat abū Ṣāliḥ, an quis alius, incertum. Cf. B. A. EVETTS, *The Churches and Monasteries of Egypt and some neighbouring countries attributed to Abū Ṣāliḥ the Armenian*, in *Ancedota Oxoniensia*, Semitic series, t. VII (1895), fol. 38a. — (6) Synaxarium Alexandrinum, FORGET, op. c., t. XIX,

Qui

AUCTORE  
P. P.

*Qui Antinoi pariter a praeside Arianu multiplici cruciatus-varietate affectus est, usque ad Constantini edictum. Is <ε>ορ<ε>ε <ε>α<ε>πε ετ<ε>τκω εβολ π<ε>χριστια-  
πος <τη>πορ <ε>τοντ<ε>ορπ επ->  
εγτε <κω>ορ ετβε πραπ ιπεχε. εων <π>τεροτκω εβολ πεμμιτα-  
λος ιπ <π>εφτλακη χιπ ερακοτε  
ωδρα εαπτιιωφ. ιπκα πιλκα-  
ριος απλ πιβραε εβολ εων ετω  
ληε εερδι επεηι (1): edixit ut dimis-  
terentur omnes christiani qui in carcere inclusi erant propter nomen Christi. Quando igitur emissi sunt ii qui in metallis (μέταλλον) et custodiis (φυλακή) erant, inde ab Alexandria ad Antinoum usque, emissus est quoque beatus (μαράτος) dominus Nabrah; qui domum suam abiit... Haec prope ipsa formula est quae in Timo-  
pie fictam, thei nostri synaxario legitur. Unde nimis proba-  
biliter conici potest contractum istud fuisse e coptica Passione quadam, quae rursus ad translati-  
cium quodpiam archetypum ficta sit, puta Vi-  
tam S. Nicolai Myrensis episcopi, an cuius alius.  
Nihilo tamen setius a portentosa fabularum ista-  
rum insipientia seiungitur simplici quadam et  
sobria gravitate ad mores informandos accomo-  
data, quae copticorum martyrum Passionibus mi-  
rum quantum aliena est. Desumptam potius hanc  
historiam credideris sive ex Vitis Patrum, sive ex  
summa quadam narrationum animae utilium, ubi  
inter alia virtutum exempla, laudabantur et il  
qui ἀμνησικά claruissent. Eius modi librorum  
olim in Aegypto prope infinita varietas fuit, ne-  
que certo arguento praeiudicatum est synaca-*

ristam in erraticum quedam rivulum ex isto D  
perenni fonte permanentem casu non incidisse (2).

4. Ad rem quod attinet, urba Antinoum, quae ab Hadriano imperatore condita fuit et in qua duces Thebaidis aliquando sedem habuerunt (3), iam tum ab ineunte saeculo IV, inter dioeceses Superioris Aegypti computabatur. Eius episcopus nomine Tyrannus Nicaeno concilio interfuit (4). Huien praecesserit aliis nomine Timotheus, aliunde incertum est (5) et ex nostro synaxario utique demonstrari non potest. Quis tamen hoc praefracte negare ausit? Martyribus aliquot illustribus Antinoum etiam clauit, etsi non videntur ea multitudine fuisse, quam iactat syna-  
xarista (6). Ne multa: tota quæsto in medio relinqua est, donec ex obliuione emerget do-  
cumentum quodpiam quod eam minus incerta luce perfundat.

5. Synaxarium S. Timothei arabico sermone Editionis  
bis editum est, a Rev. D. Iulio Forget (7) ex codice  
Vaticano Arab. 62 anni 1712 (8), collatis bibliothecae Nationalis Parisiensis arab. 256 et 4860 (9),  
et a viro docto Renato Bassel (10) ex eodem codice  
Parisiensi 156, saeculi XVI. Horum aliorumque co-  
dicum (11) quanti quisque faciendus sit, hoc loco,  
inquirere non vacat. Quæsto enim late serpit,  
neque ex uno Timothei nostri elogio diiudicari po-  
test. In isto quidem emendatione minus videtur  
egere codex Vaticanus, quem præcipue secutus est  
I. Forget. Hunc igitur et nos prætulimus. Cum  
autem in legendu cod. Parisiensi 256 clarissim  
editores non ubique inter se consentire viderentur,  
huius textum ab ipso fonte repetivimus (= P).  
Una cum isto plerumque ab exemplari Vaticano  
pauculis locis recedit codex bibliothecae Nationa-  
lis Parisiensis 4770; cuius varias lectiones ab  
editione I. Forget mutuati sumus (= B).

C p. 184-85; cf. synaxarium aethiopicum ad diem 23 sanè, ed. Ign. Gurni, *Patrologia Orientalis*, t. I (1907), p. 661-64. — (1) Ed. H. MUNIER, *Bulletin de l'Institut français d'archéologie orientale*, t. XV, 2 (1918), p. 258. — (2) De fontibus synaxarii coptici, vide quae cum egregia eru-  
ditione obiter attigit Ignatius Gurni, *The Ethio-  
pic Senkessar*, in *Journal of the Royal Asiatic Society*, 1911, p. 739-41. — (3) J. MASPERO et G. WIET, *Mériaux pour servir à la géographie de l'Égypte*, Première série, in *Mémoires publiés par les membres de l'Institut français d'archéologie orientale du Caire*, t. XXXVI (1914), p. 25-27. — (4) H. GELZER, H. HILGENFELD et O. CUNTZ, *Patrum Nicaenorum nomina latine* graece coptice syriace arabice armeniace (Lipsiae,

1898), pp. LX, n. 14, 8, 62, 98, 120, cet. — (5) Vide LE QUIEN, *Oriens Christianus*, t. II, 593-594. — (6) H. DELEHAYE, *Les origines du culte des martyrs*, p. 253-54; *Les martyrs d'Égypte*, in *Anal. Boll.*, t. XL, p. 33-34. — (7) Op. c., t. XVIII, p. 104-105; latine, op. c., Versio, ser. 3, t. XVIII (1922), p. 117-18. — (8) MAI, *Codices arabi-  
bici bibliothecae Vaticanae*, in *Scriptorum veterum nova collectio*, t. IV (1831), p. 92-109. — (9) FOR-  
GET, op. c., t. XIX, p. 310. — (10) *Patrologia Orientalis*, t. III, p. 286-87. — (11) Inter hos qua-  
dantenuis noti sunt duo codices Gottingenses e quibus sex priores menses synaxarii coptici  
germanice convertit Ferdinandus WÜSTENFELD,  
*Synaxarium das ist Heiligen-Kalender* (Gotha,  
1879), cf. p. 113-14.

### VITA S. TIMOTHEI EPISCOPI

*Ex codicibus synaxarii Alexandrini Vaticano Arab. 62 et bibliothecae Nationalis Parisiensis Arab. 4860 (= B) ad fidem editionis Iulii Forget; collato codice bibl. Nation. Paris. Arab. 256 (= P). Cf. Comm. præv. num. 5.*

اليوم الثالث عشر من شهر هتور  
في هذا اليوم تحيي الاب القديس طيباوس اسقف  
مدينة انصنا. هذا القديس كان ياراً تقياً قد ترهب  
منذ صغره وسلك في كل مسلك من الفضيلة. فقبض

<sup>4</sup> om. P. — <sup>5</sup> ألدبي P. — <sup>6</sup> من P, B.

Dies decimus tertius mensis hatur.

Hoc die requievit pater sanctus Timotheus, S. Timo-  
theus episcopus urbis Antinoi. Iste sanctus erat pius  
et innocens, qui a tenera aetate monachus factus  
excellentissimum in omnibus vivendi genus sectatus  
est. Hunc praefectus Antinoi comprehendit

عليه

عليه متولي انصنا لاجل اعتراه<sup>٤</sup> بالسيح وتعام الناس  
اليان به . فعاقبه بعقوبات مخالفة ومكث يرده الى  
الجنس ويخرجه يعاقب ثالثة سنتين متواالية وكان معه في  
الجنس عدة قديسين مسكون لاجل<sup>٥</sup> الامة فلم يزل  
مخرج منهم ويعاقب وينفك مدياه<sup>٦</sup> الظاهرة الى ان  
يبي في جسمه جماعة قليل منهم هذا الاي . فاهاك الرب  
الكافر ديلاديانوس<sup>٧</sup> وقلك الملك<sup>٨</sup> المحب لله<sup>٩</sup> قسطنطين  
فوصات كتبته باخراج المعرفين من سائر الحيوان في  
الدنيا كلها . فاخذ هذا القديس من<sup>١٤</sup> جملة من خرج .  
فليا مضى الى قلاته جمع الوهاب الذي في كرسيه  
والكتيبة وعمل صلاة عظيمة ليلة كاملة وطلب من الله  
من اجل خلاص نفس الامير الذي عاقبه وكان يقول : يا  
رب هذا الذي اوصل الي خيرات كثيرة<sup>١٥</sup> وسبب لي  
الاتصال بك . يا الله سبب هذا الامير ان يصل بك<sup>١٧</sup>  
يا رب . فتتجبروا الناس من طهارة قلب هذا الاي<sup>٢٠</sup> .  
فليا اتصل الخبر بالامير عجب في نفسه وقال : اذا كنت  
اظن انه يندمي لاجل ما عاقبته ويدعي علي فهو يدعي  
لي الان<sup>٢٢</sup> . بالحقيقة ان مذهب هولاء القوم النصارى  
فيه سراً الاهي . ثم سير خلف هذا الاسقف<sup>٢٤</sup>  
واستعلم منه شريعة النصارى فعرفه هذا الاي سبب  
تجسد ابن الله وكيف تكلمت بذلك كل الانيا من  
قبل ذلك بسنتين كثيرة وكيف حق اقوالهم وقرا عليه  
الاخرين<sup>٢٩</sup> فآمن بالسيد المسيح على يد هذا الاي .  
ومعده ثم ترك الولاية رتّه وصار من رعية هذا الاي .  
واقام هذا الاي بقية ايامه مداوماً لتعليم رعيته وحارسا  
لهم . ثم تحيي السلام . بركرة صلاة هذا الاي تكون  
معنا . امين

VITA  
e dira  
custodia

vixidum  
emissus,

oral pro  
iudicē suo

eumque  
Christo  
adiungit.

F

DE

propterea quod Christum confiteretur huiusque  
fidem homines doceret . Variis cum penitus affectit  
neque desit eum subinde in carcere remittere  
et indidem educere per tres annos continuos eum  
excrucians . Erant autem cum eo in carcere sancti  
complures propter fidem comprehensi , ex quibus  
subinde praefectus<sup>١</sup> aliquos educere non inter-  
misit , quos cruciabat et quorum purum sanguin-  
em fundebat ; donec in eius carcere non reman-  
sit nisi parva manus (captivorum) inter quos  
erat ille pater . Evertit<sup>٢</sup> autem Dominus impium  
Diocletianum , et regno potitus est rex Deo carus  
Constantinus , a quo litterae advenierunt<sup>٣</sup> ut ex  
omnibus universi orbis carceribus confessores  
educerentur . In numero igitur eorum qui emissi  
sunt emissus est et ille sanctus . Ut autem ad  
cellam suam pervenit , convocabit monachos sua  
dioecesis atque sacerdotes , et per integrum  
noctem validis precibus Deum obsecravit ut  
animam principis liberaret , qui eum excrucia-  
rat , his verbis utens : « Is est , Domine , qui bene-  
ficia plurima in me contulit , et ad te , Deus , ac-  
cessum mihi dedit : fac igitur , Domine , ut ad te  
princeps ille accedendi copiam habeat . » Mirati  
sunt homines candorem animi huius patris . Cum  
autem rei fama ad principem pervenisset , secum  
ipse admirans dixit : « Evidem illum infensum  
mihi futurum esse existimabam , propter poenas  
quibus eum affeci , adeoque eum mihi male pre-  
caturum : nunc autem mihi bene precatur . Pro-  
fecto in huius gentis christiana religione mysteri-  
um divinum inesse necesse est . » Proinde epis-  
copum iussit inquiri ; a quo christianorum legem  
discere voluit . Pater igitur eum docuit quae per-  
tinent ad incarnationem filii Dei ; quomodo de  
hac locuti essent omnes prophetae multis ante  
annis , et quomodo eorum dicta comprobata  
fuerint . Evangelium ei prelegit . Credidit ille  
Christo , patris huius opera , a quo et baptizatus  
est . Deinde a praefectura se abdicavit , et monas-  
chus factus est de grege huius patris . Qui pater  
per reliquam aetatem perseveravit in grege suo  
instituendo atque custodiendo , et tandem in pa-  
ce requievit . Benedictio precationis huius patris  
nobiscum sit . Amen .

<sup>٤</sup> add . P , B . — <sup>٥</sup> من اجل<sup>٦</sup> اقراره .  
<sup>٧</sup> add . P , B . — <sup>٨</sup> P . — <sup>٩</sup> P . — <sup>١٠</sup> الجنس .  
<sup>١١</sup> P . — <sup>١٢</sup> P . — <sup>١٣</sup> جوس .  
<sup>١٤</sup> مع .  
<sup>١٥</sup> add . P . — <sup>١٦</sup> عظيمة .  
<sup>١٧</sup> (يا اش) om . P , B . — <sup>١٨</sup> (يا اش) om . P , B . — <sup>١٩</sup> عتابه (ما عاقبته) .  
<sup>٢٠</sup> P . — <sup>٢١</sup> P . — <sup>٢٢</sup> P . — <sup>٢٣</sup> يارب الاتصال بك تتعجب (الامير - فتجبروا) .  
<sup>٢٤</sup> له .  
<sup>٢٥</sup> P . — <sup>٢٦</sup> om . P . — <sup>٢٧</sup> P . — <sup>٢٨</sup> ارسل .  
<sup>٢٩</sup> (القديس - من) .  
<sup>٣١</sup> P . — <sup>٣٢</sup> om . P . — <sup>٣٣</sup> باليه (باليه المسيح) .  
<sup>٣٤</sup> add . P . — <sup>٣٥</sup> المقدس .  
<sup>٣٦</sup> نفقت .  
<sup>٣٧</sup> سبب .